

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Accedat eodem oportet. hoc pertinet ad confirmationem & confutationem: tam & si enim in principiis & conclusionibus precipue seruandum est: vt beniuoli reddantur auditores: tamen hoc quoque per totam orationem seruandum est. Facetia autem nonnunquam etiam animos auditorum oblectat. & aduersarios plerumque confundunt. Ergo his in confirmatione & in confutatione vtendum est. Lepos facetiaque: Est autem lepos oratio continua & iucunda: facetia autem oratio breuis & iucunda. Respondendi: ad confirmationem. Lascendi: ad confirmationem. Venustate: ad leporem. Urbanitas. & leporem & facetias complectitur. Tenenda: hoc ad exornandam & locupletandam pertinet argumentationem. Iuris ciuilis. hoc etiam precipit. Quintilianus libro institutionum ultimo. Ait enim. Iuris quoque ciuilis scientia necessaria huic viro est: & morum ac religionum eius reipublici. quam capesset. Nas de actione ipsa hoc pertinet ad pronuntiationem quae voce: vultu: & gestu corporis moderanda est quae pars difficilis est: Sicut de mostheni videbatur. Ex quo quum quare retur: quid esset primum in oratore: respondit pronuntiatione. Quid secundum: pronuntiatione. Quid tertium pronuntiatione. Motu corporis: omnis pronuntiationis ratio in duas partes diuiditur: in vocis figuram: & corporis motum. Motus autem corporis: in vultu & gestu moderatione continetur: in vultu pudorem & acrimoniam esse oportet: in gestu vero venustatem conspiciendam non turpitudinem. Figura vocis in tres partes diuiditur: in magnitudinem: firmitudinem: mollitudinem. Quae quanta sit: quum multi fuerint qui fabulas in theatro recitauerint: pauci adhuc inuenti sunt qui spectatoribus placuerint. quum vnus tantum modo Ciceroni placuerit: quem delicias suas appellabat. Roscius videlicet ex quo de praebendi facile potest quae difficilis sit pronuntiationis ratio: Nam si in re leui & inani: vt pote ludrica pronuntiatione tantum fuit quanto magis ea in oratore aestimanda est. **Quid dicam de thesauro:** id est repositione: nam inuenta & excogitata in memoria reposita: si deli custodia seruantur. Rerum omnium scilicet inuentionis. in qua continetur exordium: narratio. Diuisio. Confirmatio. Confutatio: & conclusio. Inuentis. cogitatis: inuenta ad res veras. cogitata ad verisimiles pertinent. Rebus & verbis. res ad inuentionem: verba ad elocutionem pertinent.

dis aut excitadis expromenda est. Accedat eodem oportet lepos quidam facetiaque: & eruditio libero digna: celeritasque: & breuitas: & respondendi: & lascendi: subtili venustate atque urbanitate composita. Tenenda praeterea omnis antiquitas: exemplorumque vis: neque ius legum aut ciuilis iuris scientia negligenda est. Nam quid ego de actione ipsa plura dicam: quae motu corporis: quae gestu: quae vultu: quae vocis conformatione: ac varietate moderanda est: quae sola per se ipsa sit: bistrionum leuis ars & scena declarat. In qua cum omnes in oris et vocis & motus moderatio laboret: quis ignorat quae pauci sint fuerintque quos animo equo spectare possimus. **Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria:** que nisi custos inuentis cogitatisque verbis & rebus adhibeatur: intelligimus omnia etiam si praclarissima fuerint: in oratore peritura. Quam obrem mirari desinamus: quae causa sit eloquentiam paucitatis: quum ex his rebus vniuersis eloquentia constet: in quibus singulis elaborare permagnus est. Hortemurque potius liberos nostros caeteroque quoque gloria nobis: & dignitas chara est vt animo rei magnitudinem complectantur. Neque eis aut praecipis: aut magistris: aut exercitationibus quibus vtuntur omnes. sed aliis quibusdam se id quod expetunt. consequi posse confidant. Ac mea quidem sententia nemo poterit esse omnia laude cumulatus orator: nisi erit omnium rerum magnarumque artium sententiam consecutus. Et enim ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio. quae tui si sit ab oratore percepta & cognita inanem quendam habet elocutionem & pene puerile. Neque vero hoc ego tantum oneris imponam

in his libris traduntur. Ac nisi erit omnium rerum quantum ad antiquitatis memoriam. **Exempla emantia** quorum ad id valent: vt argumentationem nostram & confirmet & exornet. Magnarumque artium: ad omnes artes quae liberales appellantur: Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oratio: vt Horatius. Rem tibi **Socratica** poterunt ostendere chartae. Efflorescat: ad exornationem. Redundet: ad locupletationem. **Praecipis** ad memoriam. Et cognita ad intelligentiam. Neque vero tacitae quaestioni respondet. Nam obici posset: tantum oratori praecipis: quantum assequi nemo possit: & praesertim occupatus homo sicuti Romani ciues. qui non solum in studiis litterarum exercentur: sed etiam in gerendarum rerum exercitatione versantur

*Memoria.*